Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36448
Copyright: Melk, Benediktinerstift

quantum in firmitate superare valuit. animo
invictissimo se deo commendavit. Et
cum instaret dies recessionis beata dei
genitrix maria cum sacris virginibus
choros incomparabiles ducens. in cellula
qua virgo decubuerat affuit. Verena
devotissima toto desiderio obviam ire
ac simul intrare [eos] marie proptans. Quo inquit
meritum ut mater domini et dei mei ve
nire digneris ad me tantillam ancillam
tuam? Cui dei genitrix maria. ut integritatem
tuam inquit fideliter hactenus domino serviens
remuneret. Sequere cum quibus mecum
leta gaudeas. Sic a corpore sancta ipsius
anima soluitur. et odore immenso ipsa cel
la impletur. Deinde officiosissime cu
rata a virginibus sacris et timoratis in loco
quodam reconditur. qui Zurtiaca dicitur.
multis miraculis claram se in conspectu
dei vivere ubique manifestans. Itaque si
voluimus scribere virtutes quas per elec
tam virginem suam omnipotens dominus quotidie
operatur. stilus ut estimo scribentis explicare
non sufficit. quanti paralitici claudi ceci
pecam sunt curati. Ab aliis demones
fugati sunt. alii a vinculis ferreis liberati
muti locuti. auditum accepere surdi. Quid
plura? Omnium generum morbi ibi sol
vuntur. si cum fide debita poscatur. Hec autem
omnia operatur per sancte virginis sue intercessio
nem ihesus christus filius dei. qui cum patre et spiritu
sancto vivit et regnat in secula. Amen. Prologus

iiii Non. Sept.

In passionem S. Antonini martiris.

Quamquam enim martiris de sanctorum ac beatissimorum
martirum mirabilibus
recitanda sunt: atque de ipsorum
passione gloriosa meritorum virtutumque sunt
insignia declaranda. que nobis omnipotens
deus per veridicos testes manifestissime
demonstrare dignatur. nec aliquid sunt detra
hendi. nec adulacionis causa verbis
falsidicis addenda. Nam sicut vicio a
dulacionis mendacia oriuntur notami
na: ita maximum credimus esse peccatum. si de
ipsorum triumphali passione. vel etiam mira
culorum preciositate aliqua retenta vel de
fraudata videantur in diminucione de
ducta. nec non utique mentis oblivione ne
glecta. incuriose recipiantur pretermissa. ma
xime propter illud. quia quorum est in conspectu dei
mors preciosa. ipsorum ineffabilis a christo
una cum immarcescibili corona collata
gracia in conspectu hominum. est omni cum devo
cione predicanda. Ergo quia non nulli sunt qui
suas edicione sub arrogancie fastu sup
ciliique dictavere superbo. nos non eos imita
do sed longius ab his discedendo. verum
etiam simplicitatis proposse viam sequendo:
qualiter beatissimus martir Antoninus
ad martirii pervenit palmam: humili in
tim explicare sermone. atque admiracu
la que dominus per ipsum dignatus est operari.
partim enarranda. verum cum administra
cione domini despectum flectimus articulum.

Incipit passio eiusdem beatissimi
Antonini martiris.

Beatus Reverentissimus puer Antoninus apami
e oppido extitit oriundus: nobilis
quidem genere sed nobilior sanctitate.
Cuique vero beatissimus ab ipsis in
fancie sue crepundiis. manife
stissimis cepit pollere virtutibus
sacris etiam litteris eleganter edoctus. salu
taria precepta queque legebat: ipse per se
metipsum fideliter adimplere studebat. Re
fulgebat itaque deo dilectus sacris virtutibus
et innocencia preditus. simplicitate con
spicuus: suavitate venerabilis. benigni
tate laudabilis. castitatis etiam dono pre